

enberg  
ss.  
d. 6  
1791



(191) 1928 K. 944  
DE  
**PRAECIPVIS STVDIORVM SCHOLASTI-  
CORVM IMPEDIMENTIS**

DISSERIT  
SIMVLQVE  
COMMILTONIBVS, QVI SOCIETATI,  
QVAE SVB AVSPICIO  
VIRI MAGNIFICI,

SVMME VENERABILIS, AMPLISSIMI, DOCTISSIMI<sup>QUE</sup>  
**FRIDERICI GUILIELMI  
DRESII**

S. S. THEOLOGIAE DOCTORIS EIVSDEMQUE PROF. PVBL. ORD.  
PRIMAR. ORDINISQUE THEOL. SENIORIS ATQUE ALVMNORVM  
ELECTORALIVM EPHORI

DISSERENDO SCRIBENDOQUE EXERCETVR,  
MAGNA OLIM CVM LAVDE INTERFVERE,  
SVO SVORVMQUE SOCIORVM NOMINE  
FAVSTA QVAEVIS ADPRECATVR.


M. IOANNES CHRISTIANVS BEYER  
LICHENBERGA - HERMYNDVRVS  
LYCEI VITEMBERG. CORRECTOR AC SOCIETATIS HVCVSQUE SENIOR.

SPECIMEN I.  
IMPEDIMENTA EXHIBENS INTERNA.

---

VITEMBERGAE,  
LITTERIS TZSCHIEDRICHII.

(1791)



# V I R I S

GENEROSSISSIMO, PLVRIMVM VENERANDIS,  
CLARISSIMIS, AMPLISSIMIS DOCTISSIMISQVE  
FRIDERICO GVIELELMO L.B. DE BRANDENSTEIN,  
CIZENSI. REV. MIN. CANDIDATO.

M. CHRISTIANO FRIDERICO WOLFF,  
PASTORI, IN PAGO EVTZSCH, BENE MERITO.

M. CHRISTIANO GODOFREDO KAYZERO,  
PASTORI PALAEO - HERZBERGENSIVM.

M. IOANNI GOTTLLOB ERDMANN,  
VITEMBERGENSI. R. M. C.

M. IOANNI GOTTLLOB STEINERT,  
CHEMNIZENSI. R. M. C.

M. CAROLO HENRICO THALWITZ,  
MISENENSI. R. M. C.

M. AVGVSTO FRIDERICO HERTEL,  
WILDENFELSENSI. R. M. C.

M. DANIELI GOTTLLOB WOLF,  
SCHNEEBERGENSI. R. M. C.

2121 V  
SIGILLARVM MUNICIPALIUM LIBRARIVM  
CENSUS POPULACIÆ TERRÆ Saxonie  
IOANNI FRIDERICO GOTTLÖB LOESERO,

REINSBERGA - MISNICO. R. M. C.

IOANNI CHRISTIANO KVETTNERO,

GREFENDORPIO - MISNICO. R. M. C.

M. SAMVEL GOTTLÖB WEGNERO,

BRENA - SAXONI. R. M. C.

M. IOANNI AVGUSTO GOERENZ,

LAVENSTEINSSI. R. M. C.

IOANNI GOTTLÖB FRITZCH,

VARISCO. SACR. ET HVM. LITT. CVLT.

FRIDERICO HENRICO CHALYBAEO,

PAPARODA HERMUNDVRO. R. M. C.

M. SALOMONI FRIDERICO HEIL,

FREIBERGENSI. R. M. C.

S. P. D.

A V C T O R.

**D**issolui eum tandem nomen promisso libello, Vobis, quorum memoria et recordatio et mihi et commilitonibus lectissimis semper erit iucunda, dicando, ante hos duos propemodum annos contractum: ita tamen, ut, debitorum fere consuetudine, necessario magis, quam libenter illud dissolverem. Primo enim diu, de materia scribendi, Vestris nominibus Vestrisque personis digna, dubius fui. Quia quidem reperta, valetudo deinde aduersa, quo minus promisso, Optimo Praeceptorci ac Dilectissimo, de laudibus Vestris, publico literarum monumento, celebrandis facto, hucusque starem, in causa fuit. His tunc timiditas, haud inepta, qua vires, quae quam sunt exiguae, me nemo melius fentit, ingenii arguento proposito impares putauit, accessit. *Quia de causa nihil magis in votis habeo, nisi, ut dissertationem a me, vestram memoriam ad recolandam, editam, beniuola mente atque amica suscipere meque a recta via deflectentem, id quod hisce a quoconque lectore caudido aequa censore iusto, humanissimis preceptibus peto in rectam reducere velitis.* Quoniam enim hanc materiam olim in lucem editurus sum magis politam atque amplificatam, nihil gratius mihi erit nihilque acceptius reprehensione iusta atque oburgatione veri amoris plena, sicuti calumniam falsamque criminationem a probo, bene morato viro ac bono neutiquam expecto.

*Quo tamen quisque melius de opella, publice a me proposita, iudicare possit, scito eam, sicuti iamiam monui, solam esse delineationem partis primae, operis, perfectiori olim in conspectu hominum facie prodituri, quo in elaborando sic me versatum habeto, ut in praefatione ea exponerem, quae ad studia literarum maxime videntur necessaria, ac prima eam deinde exciperet pars impedimenta studiorum iustificans interna, cuius quidem umbram hacc dissertatio continet. Altera vero pars, studiorum scholastico-rum impedimenta, hac ferme ratione comparata, et primum in parentes, praecceptores atque inspectores animaduertat, notamque deinde prauae societati pariter atque otiosae soliditudini iuurat, et, paupertatem aequa ac diuitias*

tias generi interdum coniunctas nobiliori, copiam praebere morae studiorum  
eximium, denique probet, externa indagabit praecipua.

Lector attentus Campii aliorumque scripta desiderabit, quae magno usui  
scribentii mili est potuerint; ea tamen, quamvis olim perlegerim, in praes-  
entia, non in promptu mihi fuisse sciat, siue me excusatus iri puto. Ita-  
que ad consilium, quo haec sunt scripta, redeo, Vobisque, Amici dile-  
ctissimi, qui per longum temporis spatium, magna cum laude societati,  
quae sub moderamine Summe Venerabilis DRESIDI, praceptoris ad ci-  
nieres usque, ob paternum, quo nos semper amplexus est, amorem, fidem-  
que qua nos insituit plane singularem, a nobis, omnibus ac singulis, pie  
sancteque colendi atque observandi, scribendo differendoque exercetur, inter-  
fusis, mea communitorumque meorum causa, omne bonorum genus et felici-  
tatis, votis, a mente non fucata profectis, tribuo. Quo ergo quaque  
Vestrum bene coepit, sic pede semper eat, metaque sibi proposta tacta,  
id quod duobus iamiam contigit, pro vero, iusto atque honesto labore hono-  
ribus, praemii atque splendore decoretur. Sic etiam atque etiam valete  
neque amore Vestro imposterum indignum iudicate

M. Ioannem Christianum Beyerum,  
M. Carolum Frid. Augustum Wernerum, Coswigia-Anhalt. Rev. Min. Cand.  
Societasque Seniorum,  
M. Henricum Traugott Schenkum, Thuring. Rev. Min. Cand.  
Christophorum Lebrecht Seydelium, Chemnizensem, sacr. litt. cult.  
M. Ioannem Augustum Schenkiem, Tburing. sacr. litt. cult.  
M. Carolum Christ. Ernestum Charitum, Viemb. Sax. sacr. et hum. litt. cult.  
Ioannem Augustum Gritznerum, Kuerbizio-Varis. sacr. et hum. litt. cult.  
Ioannem Christ. Frid. Wendelium, Schmilikendorpio-Sax. sacr. litt. cult.  
Ioannem Andream Fridericum Kleberg, Barbiensem, sacr. litt. cult.  
Fridericum Gottlieb Gernhard, Numburgensem, sacr. et hum. litt. cult.  
Carolum Christ. Lebr. Bescherer, Draschwizio-Cizensem, sacr. litt. cult.  
Carolum Frid. Gottlob Luebeck, Vitemberga-Saxonem, sacr. litt. cult.  
Fridericum Guijelmum Kirsten, Niemeca-Saxonem, sacr. litt. cult.  
Ioannem Christianum Grofse, Vitemberga-Saxonem, sacr. litt. cult.

Si

**S**i quis studio literarum addictus puer maiores reliquis profectus facere cupit, excellens ingenium, perpetua diligentia, firma corporis valetudo, facultates, probi paeceptores et fideles ei praeter reliqua contingent oportet. *a)* Bono ingenio, quo literarum studiosus, vti celeberrimus Boettiger *b)* rellissime monet, carere nemo potest, tria nonnulli, docilitatem sive discendi facilitatem, tenacem memoriam ac iudicium denique acutum annumerant. Equidem vero putauerim, docilitatem, quae quasi summa est memoriae et iudicii non tam singularem ingenii partem constitvere, quam potius, re paullo diligentius considerata, ad vim acute iudicandi pertinere, quippe quae in facilitate discendi praesertim cognoscitur. Eandem in sententiam Cicero *c)* quoque, vbi de eadem re agit, attento lectori abire videtur. Namque docilem illum dicimus, qui sibi proposita facilis memoria ideo comprehendit, quia satis de iis iudicare potest, quo luculenter efficitur, discendi facilitatem ad iudicium, quo scilicet significatu illud vocabulum hic sumitur, esse referendam, nec praecipuum ingenii formam inde apparere. Memoria tenax, cuius Quintilianus *d)* arbitratu duplex virtus est, facile percipere et fideliter continere, ad praestans ingenium quantopere valeat, nullus profecto nescit. Itaque, vti S. V. Seilerus bene admonet, *e)* grauiter eam negligentes peccant, quamvis altera ex parte, rebus nullius fere momenti, id quod multis interdum accidit, eam obruere ineptum sit. Sed maior memoriae gradus vbi deest, is, suadente Quintiliano l. c. exercitatione magis

magis-

*a)* cfr. Plutarchus de institut. pueror. cap. IV.

*b)* in libello: über die besten Mittel, die Studiersucht derer, die zum Studieren keinen Beruf haben, zu hemmen, pag. 19.

*c)* de fin. bon. et mal. lib. V. sect. 36. edit. Gothofredi.

*d)* Institut. oratt. Lib. I. 3.

*e)* vid. D. G. Fr. Seilers Grundsätze zur Bildung künftiger Volkslehrer, Prediger, Katecheten und Pädagogen, p. 264. §. 2. et Quintil. institut. oratt. Lib. XI. c. 2. coll. Plut. de institut. pueror. c. 13. §. 18.

## VIII

magisque augeatur necesse est. Illa tamen, in qua sola nonnulli acquiescunt, non sufficit, nisi phantasia, quam ego, pro docilitate, alteram ingenii partem substituere maluerim, non illa quidem immoderata atque effrenata, qua complures decepti in grauissimos errores inciderunt, sed moderata potius ac flexibili adiuuetur, cuius ope res absentes reuocamus, quae, quantam vim in memoriam habeat, neminem praeterire puto. His tandem potestas, rem quamlibet positam diiudicandi insignior necessario accedit, qua si ornatii sumus, res vtrum conueniant, an inter se fere pugnant, facile perspicimus. Haec vero animi facultas cui deest, is merito, vii iam Sturmius ille fuisit, a literarum studio remouetur, etiam si tenacissimam habeat memoriam. Aduersus quod nisi complures peccassent, numerus virorum egregiae, vii est in prouerbio, memoriae iudicium exspectantium profecto minor foret. Quibus quidem naturae dotibus, qui instructus est, nec vero diligens studium atque indefessum literis in colendis adhibet, adeo, ut omnes omnino labores sibi obstantes tandem exantler, parum modo proficiet, siquidem secundum Ciceronis sententiam, pro L. Corn. Balbo, assiduus vsus vni rei deditus et ingenium et artem saepe vincit, atque ipsa impedimenta naturae diligentia industriaque superari possunt. Haec igitur, in quo coniuncta, cum firma corporis valetudine, literarum studiosis valde necessaria g) reperiuntur, is vocatum, quem nostri homines nuncupant, internum sentit, artesque colere potest.

## Opibus

f) vid. Io. Sturmii institutionum literatarum sive de discendi atque docendi ratione, Tom. I. Torunii Borussorum. Imprimis vero dissertationem eiusd. illius Sturmii de literarum ludis repte aperiendis, p. 12.

g) de hac re Quintil. instiit. oratt. L. XI. c. 2., praeter reliquos dignus est, qui audiatur. Illud, inquit, ediscendo scribendoque commune est vtrique, plurimum conserue bonam valetudinem, digestum cibum, animum cogitationibus aliis liberum. Sed multi interdum literis se dicant, quod infirmae sunt valetudinis. Qui vtrum sapienter prudenterque agant, meum non est diiudicare. vid. quoque Seiler lib. c. pag. 213 seqq.

Opibus tamen destitutus, quamvis optimis a pueritia disciplinis arque artibus studuerit, parum tantummodo proficer, propterea, quod omnia fere, deficiente pecunia, deficere solent, et paupertas, quantum inferat impedimenti literis pertractandis, ea, vel me non monente, oppressus quisque intelliger. Attamen si quis, inopia rerum depresso, nihil tamen feciū se a literis colendis retrahi non patitur, temere is profecto agit, spemque, de futura felicitate conceptam, haud raro irritam, experientia teste, videt, nisi certissima furororum beneficiorum spe incitatus, quamvis subsidiis careat, in literarum studio non temere perseueret. Etsi enim, vti Sturmius l. c. ait, miserum est, in paupertate vitam transfigere, tamen, quia non est conseleratum, debet subleuari et pauperum magnas ciuitates, id quod in quibusdam fieri nouimus, imprimis rationem habere oportet. Magna tamen saepissime cautione in distribuendis beneficiis opus est, ne praui iuuenes atque indigni, sicut plurimum venerandus Schmid in epistolis de Lusatia inferiori et celeb. Boettiger l. c. ostenderunt, summis praeter reliquos, eosdemque dignos beneficiis, ornentur. Imprimis vero literarum studiosis probi praecceptores fidelesque contingent, necesse est, qui pueros, sibi in disciplinam traditos, neque negligant, neque illorum studia male dirigant, nec peruersa docendi ratione eos, vix ac ne vix quidem sentientes, a recta via deducant et falsis opinionibus ac pestiferis mentem eorum imbuant, sed integrum potius vitam degant, iuueniles animos plane perspectos habeant, iustitiam sine ullo partium studio sancte colant, munditiae atque ordini faueant, discipulos sibi commissos paterno amore complectantur, a pertinacia et morositate abstineant, et haud vulgarem eruditio[n]is copiam, eximia cum humanitate coniunctam, teneant. b) Optime igitur Sturmius l. c. praecepit: „quod in pueriles animos insitum volumus, id

b) bene Plutarchus in libello de educatione puerorum praecceptorem bonum describit, διδασκάλης, inquit, Σιτητέον τοῖς τέκνοις, οἱ καὶ τοῖς βίοις εἰσὶν ἀδιάβρυτοι, καὶ τοῖς τερποῖς αντιληπτοι, καὶ ταῖς ἐμπειρίαις ἀγιστοι. Huc etiam pertinet locus Quinetii. instit. oratt. Lib.

id etiam in horum magistris oportet illuminatum esse, ut doctrina et pietate caeteris hominibus antecellant; nemo enim imperitum libenter sequitur, et maior fides viro bono, quam imperito a plus risque haberur.“

Quae quum inter fese copulantur, fieri vix potest, quin pueri multum in ediscendo literas procedant. At multo plerumque fit aliter, siquidem complures ad artium studia accedere solent, in quibus ne vestigia quidem eorum insunt, quae a disciplinarum cultu neutiquam abesse possunt. Sunt tamen praeter haec alia, aequa grauia, quae, quo minus felicem iuuenum studia successum habeant, saepe impedium. Itaque, quoniam inde ab illo tempore, quo literis me dicare coepi, eo in primis animum intendi, ut ipse olim scholis docto<sup>r</sup> praeficerer, cuius me nunc Deus Optimus Maximus voti compotem reddidit, eaque de causa nihil, quod ad rem scholasticam pertinet, praetermis<sup>i</sup>, sed ad omnia potius diligentissima, qua fieri poterat, animaduersione attendi, pro ingenio meo, in impedimenta, quorum duplex est genus, aliud internum, externum aliud, paulo curatius inquirere mihi propositum est.

Illorum, quibus internorum rei scholasticae impedimentorum nomen tribuimus, ingenii tarditas primum locum procul dubio tenet, qua fieri nequit, ut quis villos unquam in literis colendis profectus faciat, et quamvis secundum Ciceronem tarde sapere, quam nunquam melius sit, delphinum tamen, ut Horatius d. art. p. v. 30. ait, syluis adspingere, fluctibus aprum videntur, qui hominem, cuius animus densissima stuporis nocte quasi ab ipsa natura obdu-

II. 2. De delectu ingeniorum duo praesertim exempla inuenimus, in Ernesti opus<sup>c</sup>, orator. pag. 310 seqq. ubi auctor in ep. ad Rhunenum de vita I. Math. Gefneri agit, et Georg. Nic. Koehleri quo Gessnerus praceptor<sup>e</sup> vsus erat et Freytagii eatenus mentionem fecit, quatenus prudentiam in regundis scholis non vulgarem ostenderunt. esr. etiam b. Krebsius de prudentia disciplinae scholasticae regundae, pag. 222.

obdutus est, doctum reddere conantur. Turbant tamen ludos literatos homines non pauci, plumbeis ferreisque ingenii praediti quos nihil, nisi vitae commoda et mollis spes desideriumque ad artes, vel potius ad magistrorum subsellia, traxerunt. Nostra praesertim aetate, cur tam multi iidemque prorsus inepti, literarum studio se dicent, ingens corporis magnitudo et metus, ne milites olim legantur, inde profectus, p[ro]ae caeteris in causa est. <sup>i)</sup> Qua de re permoti agricolae aratrum, futurae militum lectionis formidine, complures relinquunt, et scholas seu perfugium ignorantiae ac molitiae petunt. Itaque delectus,\* sicuti iam antiquissimis temporibus Pythagoras, Isocrates, Quintilianus et alii, recentioribus Sturmius l.c. et nuperrime celeb. Boettiger aptissime p[ro]aeceperunt, esset habendus nec quisque Musarum coetu adscribendus, in quo erudiendo p[ro]aeceptores, se nihil effecturos, sperent. Ea igitur parentibus, p[ro]aeceptoribus scholarumque curatoribus cura opus esse videtur, vt, quos stipites et truncos deprehendunt, ad ianuam, ad fluviam, ad scum, ad crepidam mittantur potius, quam eis iuiva Minerua stylus et libri obrudantur. Eandem, ac tarditas ingenii, literarum studio animi levitas moram imponit, permulvis iuuenibus propria. Illa enim abrepit, rationes agendi vel sexcenties mutant, ac more stultorum Verummo sunt mobiliores. Namque ordinem pariter atque attentionem continua negligunt fugiuntque. Hinc ista infirmitas animi plurimorum atque inconstantia, a quibus continua mentis proficiuntur perturbatio, qua magna multaque saepius moluntur, neque tamen illa perficiunt. Sed ne cuiquam mirum esse videatur, ingentem puerorum, manuCTORIBUS Musis addictorum, numerum in hunc tantum errorem incidere, quae[m] ab illo, vt cogitet, iuuenes, res, quibus occupati sunt, illa raro traflare diligenter atque assiduate, quibus, quo in dies longius, discendo exer-

B 2

cen-

<sup>i)</sup> cfr. Boettiger lib. cit. p. 45. et 73 seqq.

\* ) Auctores, qui de ingeniorum delectu scripserunt, dignissimos lestu allegavit Io. Nicolaus Frobelius in breui ac dilucida Systematis Philosophiae Wolfiani delineatione, pag. 20. lit. Z.

cendoque se, procedant; necessario opus est, ideo, quia quasi natura leuior sanguis est pueris, illios animi leuitatis atque in constantiae, ob quas iuuenilem aetatem, feueriorum, quibus optimae artes iure meritoque annumeramus, plerumque taedet, auctor et princeps. Quem, qui iustis terminis recinere studet, is duo in primis, nimiam animi leuitatem familiaritatemque, atque immoderatam mentis feueritatem vitare debet, siquidem illa, iuuenum perulantiam alens, contemnum parit, haec malitiosam puerorum mentem reddit. Ex ea, quantum res literata detrimenti copiat, dici vix potest. Krebsius ergo magnopere de illa conquestas est; k) — — — „cum enim, inquit, adolescentum, eorum inprimis, quos mobilior, „calidiorque sanguis, et generosi quidam spiritus sollicitant, ea indo-„les, ea ratio sit, vt vel, propter ingenii imbecillitatem, sapientis, „prudentisque disciplinae praestantiam, utilitatem, necessitatemque „non cognoscant, vel, si cognoverint, ob animi leuitatem, susque „deque habeant, vel denique, ob peruersam voluntaris indolem, effre-„narum cupiditatum ab blandientium imperio regi se, quam verae „utilitatis ratione duci malint: facile conici, intelligique potest, eos „et disciplinam, quamvis magna leuitate mirigatam et temperatam, „odisse, et praeceptores ipsos, disciplinae custodes, saepissime vt ho-„mines morosos, duros, atroces, quin crudeles adeo traducere, eo-„que nomine clanculum apud parentes, aliasque exagitare, et si „fieri possit, in odium, inuidiamque adducere.“ etc. etc. l) Quibus ne verbum quidem vt addam, necessarium videtur, siquidem omnia optime se habent, atque experientia viri nituntur, qui omnem aetatem summa cum laude in pulvere, vt aiunt, scholastico con- sumsit. Huic vero mentis leuitati spes ista inanis proxime coniuncta est, ex qua, res adhuc in posterum posse addisci, pueri putant, illo decepti trito: hodie quod non perficitur, cras poterit fieri. Quibus quidem, si semper ante oculos versaretur, proverbiū illud

non

k) cfr. Krebsii prolusio de prudentia disciplinae scholasticae regundae.

l) hic, qui conferatur, dignus est praeter reliquos b. Biedermannus von den Hinterbänken der studirenden Jugend.

non minus priore notum: eras — eras — et semper eras, sic dilabitur aetas, tandem non opus foret illa stultorum voce, qua, praeteritos ut Deus annos referat, frustra optant. Itaque nihil frequentius incoleandum puerorum animis, quam ut futuram vitae conditionem sedulo perpendant, et, quid agendum, qua doctrina, quaque experientia munericibus functuro opus sit, discant. Et quodiam nemo restius ac fidelius filium instituit patre, qui amore dulcis, nec facile quicquam tacet notu dignum, nec ullum laborem horret aut fugit, haud imprudenter faciunt parentes, quibus filii sunt egregiae indolis, si quando eos, quid se in munere deceat administrando, quid negotii sit, doceant, atque interdum, si fieri possit, eorum opera vtantur. Istam vero spem inanem puerisque valde noxiā negligentia semper comitatur, qua pueri, in scholis versantes, lectiones neque praeparant neque repetunt, tanta enim est illorum levitas, ut ne sciant quidem plurimi, de qua re in praesentia sermo sit, nedum ad quaestiones propositas apte respondere possint, quamobrem non est, cur miremur, si multos in literis desiceret magis, quam proficere videamus.<sup>\*)</sup> Repetitionem quibusdam esse molestam, equidem libenter concedo, quippe quum multi, quemadmodum olim Athenienses, noua semper audire auant; Tamen neglectam repetitionem ingentem literis moram inferre, quotidianus fere vflus docet, veteresque haud inepte repetitionem studiorum matrem statuerunt.

Tantam literis additorum copiam, in magnam euadere vere eruditorum inopiam, inter omnes certo constat: neque enim, enī se qui cingitur, qui omnes scholae aliquius classes perrepit, ac primo discipulorum ordini Rectoris secundum voluntatem quatuor vel quinque annos adscriptus fuit et Correctoris, siue alius cuius-

B 3 dam

<sup>\*)</sup> vid. Gedanken, Vorschläge und Wünsche zur Verbesserung der öffentlichen Erziehung, herausgegeben von Fr. Gabriel Nefewitz, Vol. I. Part. I. et eiusdem sectionem III. quae in scribitur: was ist Aufmerksamkeit, und wie kann sie erweckt werden?

dam Lycei collegae institutione priuatissima vsus est, nec quicquam praeter laudem imperiti ludi moderatoris vanam pro mercede honesta exinde deportauit; qui multas in academiis consumxit pecunias; ideo nomen doctri meretur, neque atque usurpat. Vnde vero hoc malum? Linguis primum, quibus nihil prius, antiquius nihil merito iudicant rerum periti, ad maiora necessarias subtiliterque addiscendas vel plane negligunt, vel leuiter attingunt, eaque mente despiciunt Grammaticen, quam diutissime tractare debebant. Quae, vt vniuersam hauriant, Melanchthon iudice, non in scholis modo, tanquam politioris humanitatis instrumentum, est, consuetudine non intermissa, usurpanda, sed etiam in academiis depo-nenda nunquam. Quod adiumentum, quem ad modum in scriben-do, atque interpretandis veterum monumentis, adhibeat, com-mode, hic lectionibus assiduis ostendit, ipseque praecepta sermonis Latini in ordinem aptum redigit, semel iterumque in lucem edita. At, que hominum nostrorum mollities effeminata est, haec nunc doctris nugis complures annumerant, in aetatis tenerae aspera tormenta exegitatis, quibus omne lumen ingenii obsecratur, quamvis Gesnerus, Ernesti, Tittmannus ac Morus praeter reliquos contrarium omnino probauerint. Hinc ista barbaries, magis ser-pens magisque, ac situ et squalore obfta, hinc saepius contortae librorum, praesertim diuinorum, interpretationes, quarum de-mentiam Grammaticus mox deprehendit, hinc eruditio[n]is reliquae difficultas, sine his subsidiis non superanda. Attamen si isti totos se nitore atque elegantia Graeciae Latique capi paterentur, nec in sola superficie haerent, sed in partes penetrarent interiores, saniora eos consilia cepisse, coque celeriori gradu ad sublimiora ascendere potuisse, quis est, qui non ambabus concedat? Deinde plerique scholarum alumni omnia inter se se confundunt; si enim iustus rerum ordo omnibus omnino rebus prodest, quis eum a disciplinis reste perdiscendis remouere audeat? Qui ergo plures dies et hebdomadas mensesque iners praetermittit, ac per aliquot tandem dies noctesue in colendis artibus tractandisque studium omne suum ponit, atque omnia simul quasi deuorare conatur, ex illa

illa multorum opinione peruersa, qua neglecta restituere, factaque,  
sed risum teneatis amici, infesta reddere cupiunt, nunquam euadet doctus, semper ineptus erit. Et talibus fugit, secundum illud  
poetae dictum, *interea fugit irreparabile tempus*, quod se turpiter per-  
didisse, tandem, etiamli sero, dolent. Eiusmodi homines illi  
videntur similes, qui a potu ciboque aliquos dies abstinet, quibus  
quidem praeterlapsis, tantum obsonii semel peruerat, quanto in  
illo tempore, quo viatu caruit, satiari potuisset.<sup>m)</sup> Sunt vero,  
qui, et si, diurna manu nocturnaque libros euoluant, nihil tamen  
se ciuius stuporem, quo animus eorum est inuolutus, exuere pro-  
pterera non possint, quod, spreta Plinii auctoritate, Lib. 7. Ep. 9.  
§. 15. non multum legunt, sed multa.<sup>n)</sup>

Huic studiorum perturbationi proxime accedit amor rerum  
inutilium, ex quo notu vel maxime necessaria non curae cordique  
sibi habent pueri: fundamenta literarum, quibus linguam certe  
latinam et graecam, historiam, geographiam, prima philosophiae  
elementa, et, si fieri posset, historiam naturalem ac quarundam  
linguarum recentiorum notitiam annumerare solent, tota fere ne-  
gligunt, atque inde, ut vulgo dicitur, ex omnibus aliquid, ex toto  
nihil plerique sciunt, praesertim vero, quum curiosa tantum atque  
a proposito fine aliena scieruntur. Tempus enim in frequentandis  
officinis et tabernis librorum, in lexitandis, quibus nunc res pu-  
blica literaria non sine verae doctrinae damno obruta est, epheme-  
ridibus

<sup>m)</sup> cfr. Dr. Carl Jr. Bahrdts Geschichte seines Lebens, seiner Meinungen  
und Schicksale von ihm selbst geschrieben. Erster Theil. pag. 116. et  
Biederman von den Hindernissen der studirenden Jugend.

<sup>n)</sup> b) Lutherus in hanc rem praeclaræ dixit: Viel Bücher machen nicht  
gelehrt, viel Lesen auch nicht, sondern gut Ding, und oft lesen, wie  
wenig sein ist, das macht gelehrt. et Hallbauerus in praef. ad Sturm's  
opusc. omnia de insituatione scholastica, desideria scholastica recent-  
sens, pag. 30. §. XXIII. ne multa, inquit, sed multum, nihil enim  
magis studiosæ iuuentuti, quam nimia in disciplinarum linguarum  
et auctorum etc. tractatione varietas et festinatio.

ridibus eruditorum, sicuti vocantur, aliisque libris, a re literata  
plane alienis, quibusque secundum illud Horatii, de art.<sup>poet.</sup> pag. 19.  
nunc non erat locus, consumunt, <sup>o)</sup> quid! quod ter quaterque in  
quauis hebdomate per hybernum semestre, in quibusdam praefer-  
tim liberis Thuringiae ciuitatibus, Gymnasiorum ciues non in sce-  
nam modo eunt, mercede condusti, ut fidibus ac tibiis cantent,  
sed ipsis etiam in publicum, auctorum more, prodeunt, populoque  
sunt spectaculo. Quod quidem etiam si non sit per se turpitudini,  
istos tamen iuuenes, quem ad modum pater Ovidium, trist. IV. 10.  
— studium quid inutile tractas? adhortari quisque bonus arque  
imprimis praeceptrores deberent. Hinc qualis olim ciues reipubli-  
cae, quales populi doctores, iustitiae rutores ac valetudinis amissae  
instauratores sint exspectandi, pluribus explicare non opus videtur,  
quod coniicere haud in difficultate est.

Et tamen superbia plerumque tument eiusmodi adolescentes.  
De quo quidem non habemus, quod miremur, siquidem arrogan-  
tia e virtutis, antea noratis, necessario exoritur. Secundum illam  
de sua, adolescentulorum quippe, eruditione monstrosa opinio-  
nem, non iustas solum inuidias sibi parant, sed dolum etiam, quo  
semet ipsis decipere solent, nunquam sentiunt, sicque ab errore,  
quem non agnoscunt, isti recedere nequeunt. Pudorem iuuenes  
maxime decere, nec vllus eorum, negare debet. Sed multo inter-  
dum aliter eos agentes animaduertimus. Quare hoc fiat, quaeris?  
Agedum fontes aperiamus, e quibus talis impudentia semper fere  
fluit, et statim intelliges. Non pauci parentes educatoresque mo-  
destiam, virtutem praeter reliquas laudabilem, vt paullatim depo-  
nant, pueros adsuefaciunt, eosque, quum elato animo esse forisque  
sapere, animaduertunt, non iam bene solum sperare, sed consi-  
dere quoque et optima queuis ominari incipiunt. Et multi sane  
profecissent, nisi stultorum parentum, corruptorum praceptorum  
atque

<sup>o)</sup> vid. celeb. Boettiger von dem Misbrauche der deutschen Lecture auf  
grossern Schulen und Gymnasien, et b. Biedermannus l. c.

atque insciorum fucata laude industi, iam se profecisse, putassent. Num vero iis tantum sapientiae et scientiae laudem tribuimus, qui nouas artis voces et inauditas excogitant, et se, quod pueri in faba, h. e. aliquid noui et in terris nondum visum reperiisse clamitant. Quod si superbientes de vasta eruditione pueri in memoriam sibi reuocarent satisque considerarent, vanam de sua doctrina opinionem plurimam eorum partem amissuros, certo mihi persuasum est ideo, quia boni isti, quantum sit, quod nesciant, persaepe ignorant; quid enim nostris temporibus puerorum coerus interdum audeat, quos aureos montes somniet, quantos sibi spiritus, quam tamque arrogantiam sumat et quam parui saepius faciat viros, et meritis claros et verae eruditiois fama insignes, pluribus persequi non opus est. Liberi et pene dixissim dissolui, volunt nunc plerique, quibusdam praeferunt fabulis romanensisbus, quas nuncupant, ac comoediis aliisque nullius fere pretii libellis perlectis, viuere, atque ii potissimum, qui bona se indolis atque excellentioris ingenii homines opinantur, quamvis non raro hebetis animi sint. p) Quum vero, quid futurum tempus secum ferat, incertum sit, non est,

p) vid. Boettiger von dem Misbrauche der deutschen Lektüre auf grossen Schulen und Gymnasien, Guben 1787. et Suttinger von der Absicht und Einrichtung des bey der Schule zu Lübben seit dem 1sten Junius 1787. errichteten Leseinstituts und der davon abhängenden Legebibliothef. Et Bahrdtius l. c. non indignus est, qui audiatur. Das Genie, inquit, schien ihm, sc. comiti de Holzendorf rerum sacrarum in terris Saxoniae tunc praechidi, das einzige Requisit zum großen Manne — ein Irthum den in unsern Zeiten so viel junge Leute begen, und dadurch sich selbst verleiten, die soliden Wissenschaften zu vernachlässigen, und ihr bisches Kopf mit dem Glitterstaate der Schöngesther zu verbunzen und alle wahre Nutzbarkeit für den Staat zu verlieren, vid. Geschichte seines Lebens von ihm selbst beschrieben, Part. I. pag. 19. et profecto rem acu tetigit vir vitam, multis vicissitudinibus magnisque vexatam, degens, propterque mentis leuitatem, quae paene est pertulanta, commiserandus magis, quam damnandus, quod recta institutione atque idonea proflus caruit. Vtote, secundum Horatii dictum, quo semel est imbuta recens, seruabit odorem testa diu.

## XVIII

est, quod quarundam vocum aut latinarum, aut graecarum, aut francogallicarum, aut anglicarum scientia nos effaramus, non habemus, quod de ingenio millenario, ex puerperae forsitan conjectura nobis affido vel tragedia atque historia amatoria vnde conserbillata compilataque statim gloriemur et praeceptrores, meliora videntes, et viros eruditos aliosue, communi commodo inservientes, contemnamus, etiam si vel ab ipsis parentibus incitaremus admoneremurque.

Indidem noua emergit studiorum impeditio, festinatus iuuenum e scholis discessus, quem singulatum enucleauit b. Krebsius in opusculis academicis et scholasticis pag. 272. <sup>q)</sup> et damnum, quod afferri iuuenibus, literis incubentibus, luculentter appetet; complures enim, variis de causis, quas percensere profecto me pudet, uno eodemque fere die ex ephebis ac scholis excedunt, priusquam prima linguarum fundamenta ne rite quidem, nedum recte, posuerunt, reliquarum vero artium plane sunt ignari. Quare totam per vitam stupores atque a vera eruditionis scientia longe remotos eiusmodi homunciones conspicimus.

Sed insigniore nota prauitas, quae in puerorum animis inest, digna videtur. Ex vitiis, antea notatis, haec paullatim originem trahit. Quae qualis pestis sit, iam Quintilianus <sup>r)</sup> egregie monstrauit, nec posse oratorem, et quid obstat, quominus in universum hodie dicamus, doctum esse, nisi virum bonum, contendit. Et iam ante Quintilianum Cicero <sup>s)</sup> de hac re est questus: „parvulos, inquit, nobis dedit, sc. natura, igniculos, quos celeriter malis moribus, opinionibusque deprauatis, sic restinguimus, ut nusquam

<sup>q)</sup> bene cum b. Krebsii prolatione coniungi possunt: Walchii programma: über das frühe Eilen von Schulen auf Universitäten, et Boettiger in libello iam allegato.

<sup>r)</sup> Instit. oratt. Lib. XII. cap. 1. coll. Plutarch. de instit. pueror. c. 4. §. 4.

<sup>s)</sup> Tusc. Quaest. Lib. 3. cap. 1.

quam naturae lumen apparent; sunt enim ingenii nostris semina innata virtutum: quae, si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret; nunc autem, simulatque editi in lucem et suscepiti sumus, in omni continuo prauitate et in summa opinio-  
num peruersitate versamur: ut paene cum lacte nutricis errorem suxisse videamur.“ Hanc quoque in sententiam b. Krebsius in loco prolusionis, supra, cum de leuitate animi esset sermo, citatae, discessit. Et quot hodie scholae rudibus hominibus et improbis abundant, doctrinam Christi contaminantibus magis, quam ornantibus. Quod enim vix credibile videbitur, in schola quadam haud ignota, certus alumnorum numerus, non, quod quidem expectari debuisset, excellentioris, sed, vii plerumque accidit, obtusioris ingenii, artissimum societas vinculum atque amicitiae eo consilio constrinxerat, ut praefantissimas religionis christianae partes, praesertim vero diuinam Christi naturam, nisi, pro modulo scilicet, cuius erant participes ingenii, plane ad nihilum redigerent, risui tamen exponerent.<sup>r)</sup> Ac nihilo tamen feciis maxima illorum pars futuri christiana, quam tu<sup>n</sup> explodebant, religionis doctores erant. Et praecceptores quoniam isti malo minus prudenter occurrabant, sunt derisi. Infelix lolium et steriles avenas in agris non tam copiose crescere, cernimus, quam larga messis in quibusdam scholis est puerorum, qui nullis fere literis, nullis doctorum praecceptis, nullis adhortationibus, nullisque comminationibus ac poenis molliri atque emendari animos patiuntur suos; quos tamen, vii Hermes <sup>u)</sup> prudenter suadet, labor et ordinatum vivendi genus mansuetiores, meliores ac reipublicae viliores efficere potuisset; contra autem omni vitiorum generi isti indulgere solent atque igitur in

<sup>r)</sup> imo quidam istorum usum coenae sacrae ideo neglecturus erat, quia damnum physicum, secundum sententiam Diaconi Rollovi, cuius Salzmannus in libro Carl von Carlsberg inscripto, de aceritate vini, usui sacro destinati, conquerentis, mentionem fecit, male a nostro intellectam, extimescebat.

<sup>u)</sup> in libro, qui inscribitur: die beyden litterarischen Märtyrer se.

in dies peiores necessario euadunt. De talibus, quales sunt isti, optimam diuinorum oraculorum disciplinam repudiantes, quomo<sup>d</sup>o, quae<sup>s</sup>o, bene sperare possumus, qui Deo credere summan sapientiam esse nouimus? Hanc eandem mentis corruptielam laudis atque honoris contemptum parare, manifestum est. Nihil enim, id quod praesertim, in seminario sub b. Hilleri, viri ad munera scholastica perfungenda nati, olim auspiciis vigente philologico sexcenties animaduerteri, magis puerorum studiis inferuit, aemulatione, quam veteres, veluti Lacedemones, Plutarcho teste, vario modo variisque de causis incitarent.<sup>w)</sup> Nec desunt nostris temporibus, qui, quod eius utilitatem perspectam habent, pueri ut inuicem se mutua diligentia exacuant, curent,<sup>x)</sup> suaequ<sup>e</sup> voluntati ab nonnullis satisficeri, magna cum mentis laetitia, percipient, quam alios segnes, atque omnem disciplinae laudem despernentes summo taedio notent. Hoc tali vitio qui corruptus est, vel virgula diuina, vel nunquam doctus euader.

Interna nuncupant studiorum scholasticorum impedimenta, quae hucusque vidimus, quia ipsis iniuuenibus literarum studio dicas insunt. Sunt tamen, praeter illa, res, quae incremento literarum scholasticarum moram atque impedimentum inferant, complures, in quas alio, Deo si visum fuerit, tempore animadueritemus.

Scripsi Vitembergae ipsis Calend. Decembribus MDCCXCI.

<sup>w)</sup> recte Vellej. Patercul. I. 17. 6. aemulationem ingenia alere, et nunc inuidiam, nunc admirationem incitationem accendere obfernat.

<sup>x)</sup> Sed illam Spitzbarthii aemulationem excitandi rationem, nonnullis valde acceptam, plane reiicio. cfr. quoque Ioannis Barlat Icon amorum, edit. Buchneri, pag. 16.

Wittenberg, Diss., Berg. Bd. 6, 1783/91




5b.

WD 18



**Farbkarte #13**



(1971) 1928 K 944 (6,29)

DE  
PRAECIPVIS STVDIORVM SCHOLASTI-  
CORVM IMPEDIMENTIS

D I S S E R I T  
S I M V L Q V E  
C O M M I L I T O N I B V S , Q V I S O C I E T A T I ,  
Q V A E S V B A V S P I C I O

V I R I M A G N I F I C I ,  
S V M M E V E N E R A B I L I S , A M P L I S S I M I , D O C T I S S I M I Q V E  
**F R I D E R I C I G V I L I E L M I  
D R E S D I I**

S. S. THEOLOGIAE DOCTORIS EIVSDEM QVE PROF. PVBL. ORD.  
PRIMAR. ORDINIS QVE THEOL. SENIORIS ATQVE ALVMNORVM  
ELECTORALIVM EPHORI

D I S S E R E N D O S C R I B E N D O Q V E E X E R C E T V R ,  
M A G N A O L I M C V M L A V D E I N T E R F V E R E ,

S V O S V O R V M Q V E S O C I O R V M N O M I N E  
F A V S T A Q V A E V I S A D P R E C A T V R .

M. IOANNES CHRISTIANVS BEYER

L I C H T E N B E R G A - H E R M V N D Y R V S .  
I Y C E L V I T E M B E R G . C O N R E C T O R A C S O C I E T A T I S H V C V S Q V E S E N I O R .

S P E C I M E N I .  
I M P E D I M E N T A E X H I B E N S I N T E R N A .

---

V I T E M B E R G A E ,  
L I T T E R I S T Z S C H I E D R I C H I I L .

(1771)